

XXIII. PAGVS LAEBACTIVM (p. 191). *Vallis Cadorensis.*

**8801** prope Nogarè inter *Valle et Pieve di Cadore* rep. 20 Mai. 1876 in fundamentis aedium novarum.

L · SAVFEIUS  
L · F · CLAVD  
CLEMENS ·  
SCHOLAM · ET  
5 SOLARIVM  
DEDIT

F. Pellegrini *Arch. Ven.* 11 (1876) p. 417. Misit item Iohannes de Donà rector seminarii Gregoriani quod est Belluni.

Et Claudia tribus, cum Bellunensium Papiria fuerit, et ipsum tituli argumentum eo ducunt, ut vallem Cadornensem sive Plevis superiorem suam olim rem publicam habuisse statuamus. At auctores tacent.

## XXIV. B E L L V N V M (p. 192).

**8802** cippus parvus quadratus rep. 21 Dec. 1870 in campo prope vicum Marès (chilom. 1½ a Belluno ad occidentem).

DIS · DEAB  
FATALIBVS  
CONSERV · VII  
TIVS · SECVND  
5 VS MEMOR

Franc. Pellegrini misit a. 1871 Ian. 13.

*Dis deab(us) fatalibus conserv(atoribus) V[er]e-  
tius Secund(us) memor.*

**8803** Bolpezzi (= Polpet 7 chil. a Belluno inter orientem et sept.) rep. m. Oct. a. 1875, dum deiicitur ecclesia campestris S. Michaelis archangeli.

TI · POBLIC ·  
FELIX  
V · S · L · M

Franc. Pellegrini misit mihi ediditque in eph. la Provincia di Belluno d. 19 Febr. 1876.

**8804** rep. cum n. 8803.

TONIO  
F A B E R  
LONCCIANO  
V · S · L · M

Franc. Pellegrini misit ediditque cum n. 8803. Apographum recte et perite factum est; adnotat editor 3 primam litteram aut i aut l esse; in tertia hastam adhaerentem litterae v pro puncto haberri posse; duas c retro inclinatas esse secundamque cum i sequente quodammodo coniungi. Quid significetur nescio.

**8805** in operculo arcae ex octo saxis factae, rep. prope Sédico vicum m. Dec. a. 1875 al casale di Maerano in praedio Carlottae Protti.

D M ERVSGVMISPECOM SVA

Franc. Pellegrini misit ediditque cum n. 8803.

Litterae rudes sunt, septima etiam dubia, scilicet aut G aut C aut a. Puncta adsunt nulla. Similis quodammodo est n. 114\*, quam per se genuinam mihi visam esse ibi dixi in adnotatione.

## XXV. F E L T R I A (p. 195).

Inter Guarnieriana ad me missa Feltrinorum eius reliquias tantum inveni, in his fragmenta n. 2076. 2083. Habuit Guarnierius collectanea Tomitani, ipse Feltrina non descriptis.

XXVI. A C E L V M? (*Asolo*) (p. 198).

Beneficio Pacifici SCOMAZZETTO Asolani iam factum est, ut de titulis Asolanis plenius et rectius disputari possit. Misit ad me et schedas Anonymi cuiusdam Asolani exaratas paullo post a. 1680 et collectaneorum FURLANII exemplum scriptum; hoc inscriptum est *notizie di Asolo antico raccolte da Gaspare Furlani Asolano dedicatione data d. 13 Nov. 1718*

(in supplementis bis annum adnotatum repperi 1747). Auctor est optimae fidei nec vulgaris diligentiae, a quo pendent fere posteriores; quem si iusto tempore ipsum legere potuisse, errores vitavisse, in quos incidi compilatoribus eius non sine causa diffidens. Praeterea alia misit Scomazzettius nuper reperta.

ad n. 2087. Furlani exemplum hoc est:

IVNONI / A /  
MV · FAP / I / IVS  
DARIINS /  
V S L M T

De titulo GENONE cet. vide n. 1103\*.

ad n. 2088. Gnaldus ad Solatium (v. p. 1074) sic dat (ex itinerario puto) lectam 'extra Marosticam in ecclesia S. Floriani':

TI · CLAVDIO · CAES  
M · SALONIVS SVPERSTES

ad n. 2090. Villa di S. Illaria fuori della parrocchiale sulla facciata meridionale del coro. Si ha per tradizione, che fu trovata nelle rovine della chiesa vecchia di S. Cassiano più al monte dell'odierna parrocchiale FURLANI. — 6 VELINT Furl. — Idem negat locum ullum vicinum novisse se qui nomen habeat Misquilenium simile.